

Romani Pontifices

~~fol. 486~~
fol. 386

Clemens

Quare Episcopo stude munditie operum excellere cognoscens locum ac digni-
tatem tuam tanquam locum Dei obtinens, eo quod praes omnibus dominis
sacerdotibus, Regibus, Principibus, Patribus, filiis, magistris, atq; subditis simul
omnibus. Sic quae in Ecclesia sede cum sermonem facis ut potestatem habens
iudicandi eos, qui peccaverunt, quoniam nobis ipsis dictum est quodeumq; liga-
ueritis etc. lib. 2. c. 11.

Iudica igitur Episcopo cum potestate tanq Deus: sed poenitentes recipere. c. 12
Da Deus tui seruo tuo quem elegisti Episcopum pascere sanctam gregem tuam
et fungi Pontificatu tibi: Da ei Dne participationem sancti Spiritus, ut habeat
potestatem dimittendi peccata secundam mandatum tuam, soluendi omne uin-
culum secundum potestatem, quam dedisti Apostolis lib. 8. c. 3.

Plura ex Constitutionibus non oportet adducere cum omnium manibus liber
imper editus teritur.

Episcopos uicem Apostolorum gerere dicebat Petrus Dominum docuisse ad Jacob.
patrem Domini Epist. 1.

Si Episcopi non obediunt omnes Presbyteri ut non solum extorres infames sed
extorrens a regno Dei, et consortio fidelium, ac a liminibus sanctae Dei
Ecclesiae alieni erunt. Nam uestrum est eos instruere, eorum est uobis
obedire, ut Deo cuius Legatione fungimini dicente Domino qui uos
audivit me audivit. Omnis enim Pontifex sacro crismate perunctus carus
et pretiosus omnibus esse debet, quem quasi Christi locum tenentem
honorare omnes debent, eiq; seruire et obediens ad salutem suam si-
desiter existere.

Habentes tamen incessabilem propitiationem omnipotentis et perpetui sacerdotis, qui similis nostri aequalis Patri Diuinitatem usque ad Summa submitit Summitatem usque ad Diuina prouexit digne et pie de ipsius constitutione gaudeamus. quoniam etsi multis Pastoribus curam suarum ouium delegauit Ipse tamen dilecti gregis custodiam non relinquit. Serm. 2.

Transiuit quidem in alios Apostolos uis potestatis istius, et ad omnes Ecclesie Principes Decreti sui constituto emanauit quaecumque solueritis etc. sed non frustra uim intumatur quod omnibus commendatus Petro enim singulariter hoc creditur, quia cunctis Ecclesie Pectoribus Petri forma proponitur Serm. 3. in anniuersario et Serm. 2. in natiuitate Apostolorum.

Quamuis Beato Petro principaliter sit dictum Pasce oues meas ab uno tamen Domino ipsa omnium regitur cura. Pastorum Serm. 14. de Pasc. Dni

Non aliter unus grex, et unus Pastor sumus, nisi quem ad modum Agrostus docet Idipsum dicamus omnes; simus autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententia. Epist. 4. c. 2

Absit a mea conscientia ut tam praua cupiditas meis studiis adiuuetur ac non potius et meo, et omnium ^{quino} alta sapient, sed Sumilibus consentiunt opera subruatur. Sancti illi et uenerabiles Patres qui in urbe Nicena mansuras usq; in mundi finem Leges Ecclesiasticorum Canonum condiderunt, et apud nos toto terrarum orbe in suis constitutionibus uiuunt, et si quid usquam aliter quam illi statuerunt sine cunctatione cassatur: ut quae ad perpetuam utilitatem generaliter statuta sunt nulla commutatione uariantur, nec ad prouatum trasantur commo- dum quae ad bonum sunt commune praefixa. Et manentibus terminis quos constituerunt Patres nemo in eis tendat alienum. Sed intra fines proprios atque legitimos, prout qui ualuerit in latitudinem se caritatis exerceat. cuius satis rebus uberes fructus Constantinop. potest antistes acquirere si magis Sumilitatis ueritate nitatur, q

si spiritu ambitionis inflatur Noli altum sapere in Epist. 53.

Privilegia enim ecclesiarum s. Patrum Canonibus instituta et venerabilis
Nicene synodi fixa decretis nulla possunt improbitate conuelli, nulla noui-
tate mutari Epist. 54.

Superbum nimis est et immoderatum ultra fines proprios tendere et anti-
quitate calcata alienum ius uelle praeuipere atque ut unius crescat dig-
nitas tot Metropolitanoꝝ impugnare Primatus, quietisq; provincijs,
et olim sanctae synodi Nicene moderatione dispositis bellum noua per-
turbationis inferre Epist. 55.

Pelagius Secundus

Nullus Patriarcharum hoc tam profano uniuersalis uocabulo utatur. quia
si unus Patriarcha uniuersalis dicitur Patriarcharum ^{nomine} ceteris derogatur
Sed absit hoc a fidei cuiusquam mente hoc sibi, uel uelle quempiam
arripere, unde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacumq;
parte uideatur. Quapropter charitas uestra neminem unquam in suis
Epistolis uniuersalem nominet, ne sibi debitum subtrahat, cum alteri
honorem offert indebitum. Frater et coepiscopus noster Joannes
tantam ualentiam sumpsit, ita ut uniuersa sibi tentet ascribere
et omnia quae uniuersali capiti cohaerent, uidelicet Christo per
electionem compatiendi sermonis eiusdem Christi sibi. Tudeat membra
subiugare. scripta uniuersalis nominis nec dare unquam, nec accipere
presumatis: ut uniuersa uos Ecclesia Patriarchas non solum in
bonis operibus, sed etiam in ueritatis auctoritate cognoscat. Epist. 1.

Gregorius primus

Quoniam Pastores constituti estis, et Dominus gregem ab his qui-
bus commisit, Pastoribus, fructum multiplicati gregis expectat.

Oro Dominum, qui uos animarum Pastores, quos elegit ante se dignos
efficiat. In registro Epistolae, lib. 1. Ep. 5.

Cura Petro totius Ecclesiae, et Principatus committitur, et tamen

uniuersalis Episcopus non uocatur. Et uir sanctissimus consacerdos
meus Joannes uocari uniuersalis Episcopus conatur. Exclamare compellet,
ac dicere. O tempora. o mores. ecce cuncta in Europa fimbis Barbaros
iuri sunt tradita, destructa urbes, euersa castra, depopolata pro-
uincia, nullus terram cultor inhabitat, saeuunt, et dominantur
quotidie in nece fidelium, Idolorum cultores, et tamen sacerdotes
qui in paupere, et cinere flentes iacere deberent uanitatis sibi
nomina expetunt. et nouis ac prophanis uocabulis gloriantur.
Nunquid ego Sae in re ^{propria} causam defendo? Nunquid specialem iniuriam
uindico? Causam omnipotentis Dei, causam uniuersalis Ecclesiae
quis est iste, qui contra statuta Euangelica, contra Canonum Decre-
ta nouum sibi usurpare nomen praesumit. Utinam uel sine imminu-
tione unus sit, qui uocari appetit uniuersalis. Si igitur sibi in
Ecclesia ea illud nomen quisquam arripit, Uniuersa ergo Ec-
clesia (quod absit) a statu suo corruit, quando is, qui appella-
tur uniuersalis, cadit. Sed absit a Christianorum cordibus nome-
n istud blasphemum, in quo omnium sacerdotum honor adimitur
dum ab uno sibi dementer arrogatur. Certe pro Beati Petri Aposto-
lorum Principis honore per uenerandam Chalcedonensem Synodum
Romano Pontifici oblatum est. sed nullus eorum unquam hoc sin-
gularitatis nomine aliquid assumpsit, nec uti consensit, ne dum priua-
tum aliquid daretur uni honore debito sacerdotis priuarentur uni-
uersi. Quid est ergo quod nos Suius uocabuli gloriam et oblatam
non quaerimus, et alter sibi Sane etiam non oblatam eripere praesumit!
Ille ergo magis est piissimorum Dominorum praecipione flectendus
qui praecipis Canonice obedientiam praebere contendit. Ille coercen-
dus est, qui sanctae uniuersali Ecclesiae iniuriam facit, qui corde
tumet, qui gaudere de nomine singularitatis appetit, qui honori
quoque uestri imperij se per priuatum uocabulum superponit. Ego em
cunctorum sacerdotum seruus sum, in quantum ipsi sacerdotaliter uiuunt
lib. 4. epla. 32. ad Mauritorium Augustum

Triste ualde est

B Sicut veneranda mihi uestra Sanctitas nouit per sanctam Chalcedonen Synodum Pontifici sedis Apostolica hoc uniuersitatis nomen oblatum est. sed nullus unquam praedecessor meorum hoc tam prophanis uocabulo uti consensit, quia uidelicet etiam unus Patriarcha uniuersalis dicitur Patriarchas, nomen ceteris derogabit. Sed absit hoc, absit a Christiani mente id sibi uelle quod arripere unde fratrum suorum honorem imminuere ex quantulaeumque parte uideatur. Propterea sanctitas uestra in suis neminem unquam uniuersalem nominet, ne sibi debitum detrahat, cum alteri honorem offert indebitum. Nec in Saetze de Serenissimis Dominis animus uestrum mordeat sinistra suspicio quia omnipotentem Deum metuit, et contra statuta Euangelica contra sacratissimos Canones agere aliquid nullo modo consentit. Agamus ergo ei gratias qui fecit ut in omni orbe terrarum unus esset grex et unum ouile sub se uno Pastore, memores semper quod nos praedicauit uirtutis admonet dicens. Solliciti seruare unitatem spiritus

A Triste ualde est ut patienter feratur quatenus despectis omnibus praedictus frater et coepus meus solus conetur appellari Episcopus. sed in Saetze eius superbia quid aliud, nisi propinqua iam Antichristi esse tempora designantur, quia illum uidelicet imitatur qui spreto in socialia gaudia angelorum legionibus ad culmen conatus est singularitatis erumpere dicens. Super astra coeli exaltabo solum meum. Unde per omnipotentem Deum rogo ne pretatis uestra tempora permittatis unius hominis elatione maculari, neque tam peruersa uocabulo ullum quoquo modo praebatis assensum l. 4. ep. 34. ad Cont. Augustum

Sicut ueneranda mihi et caput superius

Ille qui in elemosinis, ieiunijs et orationibus uidebatur occupatus ex eo in quo sedebat cinere, ex ea quam praedicabat humilitate uallam, eam sumpsit ita ut uniuersa sibi tentet arribere, et omnia quae solitarii capiti cohaerent uidelicet Christus per elationem pompatici sermoneis eiusdem Christi sibi studet membra subiugare. Si hoc licenter dei permittitur honor Patriarchas, omnium negatur. Et cum fortasse is

in errore perit qui uniuersalis dicitur nullus iam Episcopus remansisse in
statu ueritatis inuenitur! Obtestor ergo ut constanter ac sine prauidicio
seruetis sicut accepistis Ecclesias, et nihil sibi in uobis Sac tentatio diabolica
usurpationis aueribat. *Stare fortes. Stare securi.* Scripta cum uniuersa-
salis nominis falsitate nec dare unquam nec suscipere praesumatis lib. 4
epla' 36. ad Alexandrinum et Antiochenum Patriarcham.

Qui indignum te esse dicebas ut Epus dici deberes ad hoc perductus es
ut despectis fratribus Epus appetis solus uocari.

Pelagius propter nefandum elationis uocabulum Concilij Constantinop.
acta dissoluit

Rogo ut fraternitas uestra cunctis sibi adulantibus atque erroris no-
men deferentibus contradicat nec *Stulto* ac superbo uocabulo appellari
consentiat. Perpende rogo quia in hac praesumptione temeraria pax to-
tius turbatur Ecclesia et gratia contradicitur communiter omnibus
diffusa. Si ergo Paulus membra Domini corporis certis extra Christum
quasi capitibus, et ex ipsis quidem Apostolis subiecti particulariter eui-
tauit: Tu quid de Christo uniuersalis sanctae Ecclesiae capite in extremi
iudicij es ducturus examine, qui cuncta eius membra tibi met conaris un-
iuersalis appellatione supponere. Quis rogo in hoc tam peruerso uocabulo
nisi ille ad imitandum proponitur, qui despectis angelorum Legionibus se,
cum socialiter constitutis ad culmen conatus est singularitatis euadere
ut et nulli subesse et omnibus praesse uideatur. Qui etenim dixit, in
coelum conscendam etc. In appetitu superbi nominis illi esse similis conaris
qui dum superbe Deo esse similis uoluit etiam donata similitudinis gram-
amisit. Certè Petrus Apostolorum primus membrum sanctae et uniuersa-
lis Ecclesiae est, Paulus, Andreas, Ioannes quid aliud sunt quam sin-
gularium plebium capita! Et tamen sub uno capite omnes membra sunt
At nemo se unquam uocare uniuersalem uoluit. Uestra autem sanctitas agnoscat
quantum apud se tumet quae illo nomine uocari appetit. quo uocari
nullus praesumpsit qui ueraciter sanctus fuit. Nunquid nam non sicut
ura sanctitas nouit per Chalcedon' Synodum Suius Apostolicae sedis antist

tes uniuersalis oblati nomine uocari sunt: sed tamen nullus unquam tali uocabulo appellari uoluit. Nullus sibi temerarium nomen arripuit ne si sibi in Pontificatus gradu gloriam singularitatis acciperet. Sane omnibus fratribus denegasse uideretur. l. 4. ep. 38. ad Ioan: Constantinof.

In quibus se per omnem uersum Oecumenicum Patriarcham nominat, qui si iustitiam tenere uult, illum debuit admonere, ut se a superbo uocabulo com-
pesceret. In isto scelerato uocabulo consentire nihil aliud est quam fidem prodere ep. 39. ad Sabmianum lib. 4.

Pacem tunc ueraciter nobiscum habebitis si prophanum nominis superbiam declinetis. Nimis quippe iniquum est si si, qui predicatorum Sumilitatis facti sunt, de uani nominis elatione gloriantur in nefandi nominis appellatione scandalizati sumus. l. 6. ep. 5. ad Cypr. Const.

In suscipienda fratris, et consacerdotis nostri Syriaci Synodica epla', dignum non fuit ut pro causa prophanum uocabuli moram facerem ne unitatem sanctae Ecclesiae perturbarem. Sed tamen de eodem superstitioso et superbo uocabulo eum admonere studui licens, quia pacem habere nobiscum non potest, nisi elationem praedicti uerbi corrigeret, quam prius apostata inuenit. Vos tamen eandem causam dicere nullam non debetis quia si Sane equanimiter portamus uniuersae Ecclesiae fidem corrumpimus, et ut de honoris uestri iniuria taceam, si unus Epus uocatur uniuersalis, uniuersa Ecclesia corruit. si unus uniuersalis cadit lib. 6. ep. 24. ad Antiochenum Patriarcham

Verbum superbiae per quod graue scandalum in Ecclesia generatur auferre festinate. Omnes magnos et uenerabiles esse cupio, quaero tamen ut honor honoris omnipotentis Dei non detrahas. Nam quisquis se contra Deum honorari cupit, nisi honorabilis non est. lib. 6. ad Cyriacum Constant. ep. 28.

Nunquidnam si ex superbo ac prophanum uocabulo mens est Ab Antio

uocabuli se appellatione compescat. de qua re præcepit dicens ut pro appella-
tione frivoli uocabuli inter nos scandalum generari non debeat. Sed ego
ut imperialis pietas penset quia alia sunt frivola valde innoxia, atq;
alia uehementer nociua. Nunquid cum se Antiochus ueniens Deum
dixerit, frivolum ualde erit, sed tamen minus perniciosum. Si quan-
titatem sermonis attendimus due sunt syllabæ, si uero pondus ini-
quitate, uniuersa perniciæ. Ego autem fidenter dico, quia quisquis se
uniuersalem sacerdotem uocat, uel uocari desiderat, in elatione sua Anti-
christum præuenit, quia superbiendo cæteris præponit. Nec dispari su-
perbia ad errorem ducitur, quia sicut peruersus ille Deus uideri uult
super omnes homines, ita quisquis iste est, qui solus sacerdos appellari
appetit super ceteros sacerdotes. l. 6. ep. 30. ad Mauricum Augusti

Inter nos et ipsum propter appellationem profani nominis est grauis discordia
responsales fratris et consacerdotis nostri Cyriaci nisi communicare debuerunt
quia auctore Deo in elationis errorem non ceciderunt. Meus uero Diaconus
cum prædicto fratre nostro Cyriaco missarum sollempnia celebrare non debet, quia
per profanum uocabulum culpam superbiae aut commisit, aut sequitur.
Eundem uero fratrem admonere studui ut se a tali superstitione corrigeret
l. 6. ep. 31. ad Alex. et Antiochen. Patriarchas

De his uero erroribus qui nunc in Constantinop. Ecc^a probantur exorti doc-
tissime omnia, et ut iudicium tantæ sedis proferre decuit respondisti. Indicare
quoque ueltra beatitudo studuit iam se quibusdam non scribere superba uoca-
bula, quæ ex uanitatis radice prodierunt, et mihi loquitur dicens, sicut
iussisti. Quod uerbum iussionis peto a meo auditu remoueri quia scio qui
sum, qui estis, loco enim mihi fratres estis, moribus Patres. Non ergo iussi
sed quæ utilia uisa sunt, indicare curavi. Non tamen inuenio ueram
beatitudinem hoc ipsum quod memorie uestræ intuli perfecte tenere
uoluisse

uoluisse Nam dixi nec mihi uos, nec cuiquam alteri scribere debere
 Et ecce in prefatione Epistole quam ad me ipsum, qui prohibui direxisti, superba
 appellationis uerbum uniuersalem me Papam dicentes imprimere curastis. Quod
 peto dulcissima mihi uestra sanctitas ultra non faciat, quia uobis subtra-
 hitur, quod alteri plusq[ue] ratio exigit prebetur. Ego enim non uerbis quaro
 prosperari, sed moribus, nec honorem esse deputo in quo fratres meos honorem
 suum perdere cognosco. Meus namq[ue] honor est honor uniuersalis Ecclesie, meus
 honor est fratrum meorum solidus uigor. Tunc ego uere honoratus sum cum
 singulis, quibusque honor debitus non negatur. Si enim uniuersalem me Pa-
 pam uestra sanctitas dicit, negat se hoc esse quod me fatetur uniuersum. lib.
 7. ep. 30. ad eandem Patriciam

Cognoscat fraternitas tua Ioannem quondam Constantinop. ciuitatis Ep[iscopu]m
 contra Deum, contra pacem Ecclesie in omnium despectum et iniuriam
 sacerdotij, modestia, ac mensurae suae terminos excessisse, et illicite in
 Synodo superbum ac pestiferum Oecumenicum hoc est uniuersalis sibi uoca-
 bulum usurpasse. Quod Pelagius agnosceus illum corripuit ut se a nouo, et
 temerario superstitionis nomine cohiberet. Hortor, atq[ue] suadeo ut nullus
 uestrum hoc nomen aliquando recipiat. nullus id consentiat. nullus scribat
 nullus ubi fuerit scriptum admittat, uel subscriptionem suam adiciat:
 sed integrum se ab huiusmodi uenenata infectione custodiat, et callido
 insidiatori in se locum non prebeat, quoniam hoc in totius Ecclesie
 iniuriam ad discensionem et in omnem uestrum despectum fit. Nam si
 unus, ut putat, uniuersalis est, restat ut uos Episcopi non sitis. lib.
 ep. 69 ad Eusebium Thessaloniam

Seruersi superbiq[ue] uocabuli scandalum Ecclesie de medio auferre festinate
 lib. 11. ep. 45. ad Cyriacum Constantinop. Patriarcham.

Quorum remisistis peccata. Libet intueri illi discipuli ad tanta onera
 humilitatis uocati ad quantum culmen gloriae sunt perducti. Ecce non solu-
 de semetipsis secuti sunt, sed etiam aliena obligationis potestatem relax-
 ationis accipiunt, principatumq[ue] superni iudicij sortiuntur, ut uice
 Dei quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxent. Sic sic eos a Deo

debat erigi, qui tantum pro Deo consenserant Sumiliari ecce qui districtum Dei
iudicium metuunt animarum iudices fiunt, et alios damnant vel liberant qui
semetipsos damnari metuebant. Iterum profecto nunc in Ecclesia Episcopi locum
tenent ligandi, atq; soluendi auctoritatem accipiunt qui gradum regiminis
sortiuntur. Grandis Sonor, sed graue pondus istius est Sonoris. Durum quippe
est, ut qui nescit tenere moderamina uitae suae, iudex uitae fiat alienae.
Stimula 26. in Euangelia

Initium Dei filius est, ipse est Petra, a qua Petrus nomen accepit, et super
quam se aedificaturum Ecclesiam duxit. Ipse super quam aedificata est eui-
denter ostendit. Cum ait, Porta inferi non praeualebunt aduersus eam. Sed
Ecclesia in illius de qua dictum est soliditate Petrae fundata nec minarum
uentis concutitur et Coeli etiam dolores Ecclesiae sunt debiti, quia Dominus
in eis praesidet, dum per eos sua iudicia exercet. Quibus namq; regni caelorum
claues tribuit, eis ligandi et soluendi potestatem dedit. Per eos ergo iudicat
quia quodcumq; ab eis ligatum fuerit ligat. In Ital. 101.

Leo nonus

Ioannes nimia uanitatis nouum nomen sibi usurpauit primus uti se a cunctis
oecumenicum Patriarcham. i. uniuersalem et dici et scribi debere decreuit.
Pro qua utique praesumptione a beatis Pontificibus Pelagio et Gregorio dig-
na percussus est excommunicatione cuius contagij macula ad huc uobis cum
ipsa maledictione sic adhaeret, ut nunc quoq; nos ipsos Oecumenicos Patriarchas
et appellare, et scribere non timeatis. Et certe nomen istud a sanctis Patri-
bus in Chalcedoni Synodo ab reuerentiam sanctae Romanae et Apostolicae
sedis sanctissimo decessori nostro Leoni Papa, et praclarissimo doctorum
successoribusq; eius fuit oblatum: sed neq; ab illo, neq; ab ullo successorum
illius constat saltem receptum. Et cui post Christum Iesum hoc nomen magis
poterat aptari quam successoribus Petri? sed imitanda Sumilitas reueren-
tendorum Pontificum, attendens quod ipse Princeps Apostolorum non inueniatur
dictus uniuersalis Apostolus, superbum refutauit uocabulum penitus uide-
batur par dignitas subtrahi cunctis per orbem Praesulibus dum uni ex

toto arrogatur. Tanguam singuli dicerent uerbis ac factis quod magister
 eor, et primus crucifigendus inquit Non sum lignus caput sursum ponere sed
 declinare uultum in terram. Vestrā ergo fraternitas uideat quantum apud
 se protexua tumeat, quæ nec oblatum sibi a quoquam, nec concessum sed
 potius denegatum, et sub anatsematis interpositione ab Apostolica et prima
 sede, et a sanctis atq; Orthodoxis Patribus interdictum superstitiosum uoca-
 bulum tantæ obstinationis contumacia per quadringentos iam a Beatus.
 Papa Gregorio, et amplius annos usurpare non cessat. Et qualiter exemplo
 Dm̄ nr̄i Jesu Christi, et suor, parati estis pro fratribus animas ponere
 qui per tot tempora nolulistis saltem inane nomen, et totius Ecclesiæ unitatem
 sua insolentia scandalizans deponere c. 9. ep. ad Constantinos Episcopum

Quam lamentabilis est illa sacrilega usurpatio, qua te uniuersalem Patriarcham
 uicinas ubiq; et scripto et uerbo cum omnis Dei amicus Suiusmodi horruerit
 Saltenus Sonorari uocabulo. Et quis post Christum conuenientius possit
 insigniri hoc uocabulo, quam cui dicitur Diuina uoce Tu es Petrus et
 Verum tamen ~~ille~~ ⁹² ille non inuenitur uniuersalis Apollolus dicitur
 quamuis princeps Apollolor, constitutus sit. nullus successor, eius tam pro-
 digioso prænomine penitus consensit appellari. Licet magno Leoni prædecessor
 nro et successoribus suis hoc sanctas decreuit (Salcedon' Synodus. Nempe
 animaduertebant non esse amicum sponsi, qui pro sponso uellet amari, quin
 potius paranymphum et Lenonem Antichristi qui aduersatur, et extollitur
 supra omne quod dicitur Deus, aut colitur. Ecce ille Joannes uestre cuius
 uesane aduentionis ad huc Saredes permanetis a Beatissimis Pontifi-
 cibus Gregorio et Pelagio, successoribusq; eor, pro hac insolentia anatsema-
 tizatus perijt. Jamq; per quadringentos et quadraginta annos sua contu-
 macia sequaces precipitare non cessat. Resipit ergo rogamus ab hac
 infamia ne tu illius quoq; consors (quod absit) fias de quo dicitur omne
 sublime uidet, et ipse est rex super omnes filios superbia. In Epistola
 ad Michaelē Constantinos de nomine uniuersalis

Illi nempe facitis præiudicium de quo nec uobis, nec cuiuslibet mortalium
 licet facere iudicium beatissimo et Apostolico Pontifice siluestro Dimittens
 decernente, spiritualiq; eius filio Constantino religiosissimo Augusto cum

uniuersa Synodo approbante, ac subscribente ut summa sedes a nemine iudicetur in-
violabiliter et inconcluse sibi conseruato illo Præuilegio quod isdem Princeps quarto
Baptismatis sui die de uetus contulit Pontifici Romano s; ut in toto orbe sacerdotibus
ita Sune caput Sabeant, sicut omnes iudices Regem Ep. 1. c. 10.

Decernentes sancimus ut principatum teneat tam super quatuor sedes Alexandri-
nam, Antiochenam, Hierosolimitanam, ac Constantinopolitanam quamq; etiam super
omnes uniuerso orbe terrarum Dei Ecclesias, et Pontifex qui pro tempore ipsius sancte
Romana Ecclesia extiterit celsior et Princeps cunctis sacerdotibus totius mundi
existat, et eius iudicio quaq; ad cultum Dei uel fidei Christianorum, stabilitatem
procuranda fuerint disponentur Verba dicuntur esse Constantini ex Epistola
eadem c. 13.

Definitiuam sententiam uobis absq; consultu Rom. Pontificis non licet dare
quod in sanctis Canonibus Statutum si quaeritis poteritis inuenire s; quia om-
nium Ecclesiarum maiores cause et difficiliores per sanctam et principalem sedem
sunt finienda. ad duos Adriæ Episcopos ^{sp}

Zosimus

Hic ascendit sedis Apostolicæ auctoritas, cui in honore beatissimi Petri
Patrum decreta, peculiarem quandam sanxere reuerentiam Pro Celestino
contra Concilium Adriæ.

Nicolaus primus

Secundum cum in hæc alia nos commemorassemus, quod multoties conuentus
factus fuerit sanctorum Patrum a quibus et obseruatum et deliberatum
est qualiter absq; Romane sedis, Romaneq; Pontificis consensu nullius in
gentis deliberationis terminus daretur. Hoc uidelicet de maioribus sum-
taxat Ecclesie negocijs nos inuenientes quod et ueraces Syria, et
^{facti} Synodalia gesta saepe definitum saepe et factum fuisse testantur. Ep. 1.

Innocentius Tertius

Ex illo singularis excellentie præuilegio quod unigenitus Dei filius
Jesus Christus Apostolorum Principi concessit. sanctorum postmodum instituta

manarunt ut maiores causa ad sedem Apostolicam perferantur l. 1. ep. 13. 43. 110.

Juxta sanctiones, aut traditiones Canonicas maiores Ecclesie cause ad sedem Apostolicam sunt deferenda Ep. 519.

Ad quem velut ad caput maiores Ecclesie non tam constitutione Canonica q. institutione Divina merito referuntur l. 2. cpta 121.

Ecclesia duobus de causis uniuersalis uocatur. Dicitur enim uniuersalis, quae de uniuersis constat Ecclesys, quae Catholica nominatur, et secundum Sane acceptionem Romana non est uniuersalis, sed pars uniuersalis Ecclesiae prima et praecipua ueluti caput in corpore, quoniam in ea plenitudo praesens exultat, ad caeteras autem pars aliqua plenitudinis deriuatur. Et dicitur uniuersalis Ecclesia illa una, quae sub se continet Ecclesias uniuersas et secundum Sane rationem Romana tantum Ecclesia uniuersalis uocatur. Idem lib. 2. Ep. 195. Patriarchoe Constantinop.

Concilia Oecumenica

Cuiusq. nationis Epus scire oportet, inter eos quis primus ac praesens, et ipsum pro capite habere neq. magnum quid gerere sine ipsius iudicio. Illa uero nunquamq. duntaxat agere quae ad suam Parochiam spectant, et ad loca sub illa. sed neq. primus ille quicq. faciat ^{omnium} sine illius consensu sed erit concordia et glorificabitur Deus per Dnum in sancto spiritu.

In canonis Apostolorum can. 34

Epim oportet ab omnibus Epis qui sunt in provincia eius ordinari. Potestas sane uel confirmatio pertinebit per singulas provincias ad Metropolitanum Epim in primo Niceno can. 4. et in secundo can. 3.

Mos antiquus perduet in Aegypto ut Alexandriensis Epus Sorum omnium habeat potestatem, qui quidem et Epus Romano parulis mos est. Similiter autem et ad Antiochiam, caeterasq. provincias honor suus unicuiq. seruetur Ecclesiae. In Niceno primo can. 6.

Per singulas regiones nosse oportet Epus Metropolitanum Epim sollicitudinem totius provinciae gerere, propterea quod ad Metropolim

Omnes undiq; qui negotia uidentur Sabere conuerrunt. Unde placuit eum et So-
nore precellere, et nihil amplius preter eum coetivos Episcopos agere nisi ea tm
que ad suam diocesim pertinet, uirosq; subiectos. Unusquisq; enim Episcopus Sa-
beat sua parochia potestatem ut regat iuxta reuerentiam singulis competentem
et prouidentiam gerat totius regionis qua eius urbi subest. In Conc. Antioch. can.

Si quis Epus de certis criminibus accusatus condemnetur ab omnibus Epis eiusdem
provinciae Sine apud alios nullo modo iudicari sed firmam concordantem Epis
provincia manere sententiam. In eod. conc. 15.

Episcopi iudicio Metropolitanorum, et finitumq; Episcopos constituatur ad
Ecclesia Principatum qui multo ante in sermone fidei, et recta operatione
per suam conuersationem fuerint probati. In Conc. Laodiceo can. 12.

Episcopi qui supra diocesim sunt ad ecclesias qua extra terminos ear, sunt
non accedant, neq; confundant, et permisceant ecclesias sed secundum regulas
constitutas. Alexandriae quidem Epus solum Egyptum gubernat. orientisq;
aut Episcopi solius orientis curam gerant seruatis honoribus Primatus
Ecclesia Antiochena. Sed et Asiatica diocesis Epi ea que sunt in Asia
Ponti aut Epi Pontica tantum Sabean curam. Thracia uero ipsius tam,
tammodo Thracie. Manifestum est namq; quod per singulas provincias
Provincialis Synodus administrare et gubernare debet omnia secundum
ea que sunt in Nicea diffinita. Ecclesias aut Dei que sunt in Barba-
ricis gentibus constituta, regi oportet secundum consuetudinem qua a
Patribus preualuit. In Conc. Const. 1. can. 2.

Constantinopolitana ciuitatis Episcopum Sabere oportet Primatus honorem
post Romanum Epum propter quod sit noua Roma. In eod. can. 3.

Clerici in Parochiis aut Monasteriis, aut Martyriis constituti sub potestate
sunt eius qui in ea ciuitate est Epus secundum traditionem sanctorum Patrum
In Conc. Chalcedonen. can. 8.

Si Clericus aduersum Epum Sabeat causam apud audientiam Synodi
conqueratur. si uero contra ipsius Provinciae Metropolitanum Epum, Epus
sue clerici Sabeat controuersiam pergant ad ipsius Diocesis Primatus

aut certe ad Constantinos. regia civitatis sedem, ut eorum ibi negocium termi-
netur. In eodem Cone. can. 9. et 17.

Sedi veteris Romae Patres merito Primum dederunt, propterea quod ea urbs
Primum tenebat. eundem quoque scopum Sabentes centum et quingua
ginta Dei amantes Epi eandem dignitatem tribuerunt sedi nova Roma
cum ratione iudicantes urbem imperio, et Senatu honoratam pari dig-
nitati frui cum vetere regia Roma, et in Ecclesiasticis rebus aequè ut
illam magnificari. In eodem Cone. can. 28. et in Trullo can. 36.

Si vobis placet c. Saritate Petri Apostoli memoriam honorantes ut scri-
batur ab his qui eam examinarunt Julio Romano Epi ut per vicinos
eius Provincia Epos si iudicaverit renovandum esse iudicium reno-
vetur et det iudices. Si autem probaverit talem causam esse ut non
refructur ea quae semel acta sunt, quae decreverit, rata sumto In
Cone. Sardicensi can. 3.

Si quis Epus depositus fuerit eorum Episcoporum iudicio qui in vicinis locis
commorantur, et proclamaverint agendum sibi negocium in urbe Roma
alter Epus in eius cathedra non ordinetur priusquam causa fuerit in
iudicio Epi Romani determinata. In eod. can. 4.

Si is qui rogat causam suam iterum audiri deprecatione sua moverit
Pontificem Romanum ut e latere suo Presbyterum mittat erit in potestate
Epi quid iudicet, et quid aeternat.

2: q. 6. pl.
aut. 4. q. 10
i. h. n. i. l.
vitaro.

Placuit ut si Presbyteri in causis suis congueruntur de iudicijs suor,
Epor, audiantur a vicinis Epi et cum consensu sui Epi ipsor, ab ipso
advocati Epi causam inter eos componant. Praeterea si in his causis
appellatione uti voluerint non appellabunt iudicia trans mare, sed Pri-
mates suar, Provinciar, quemadmodum et de Epi saepe definitum est
Qui autem iudicia trans mare appellant a nemine per Africam in com-
munionem suscipiatur. In Cone. Cartag. can. 28. 127.

Quinque

Demde ad uras aures sine venientes non facilius admittatis, nec
a nobis excoicatos in comunem ultra velitis exipere quia hoc etiam
Niceno Cone. definitum facile aduertit venerabilitas tua. Presbyteros quoq;

et sequentium clericorum improba refugia repellat sanctitas tua, quia et nulla Patrum
definitione hoc Ecclesia derogatum est Africanae, et Decreta Nicena suae infe-
rioris gradus, clericos suae ipsos Episcopos suis Metropolitanis apertissime commiserunt.
Prudentissime enim iustissimeque uiderunt quaecumque negotia in suis locis ubi orta
sunt finienda, nec unicuique Provincia gratiam Sancti Spiritus defuturam,
qua aequitas a Christi sacerdotibus et prudenter uideatur, et constantissime
teneatur. maxime quia unicuique concessum est si iudicio offensus fuerit
cognitor, ad Concilia suae Provinciae, uel etiam uniuersale Concilium pro-
uocare. Nisi forte quisque est, qui credat unicuique posse deum nostrum inspi-
rare iustitiam, et innumerabilibus congregatis in consilium sacerdotibus denegare.
Aut quomodo ipsam iudicium transmarinum ratum erit ad quod testium necessarium
persona, uel propter sexum, uel propter senectutis infirmitatem, uel multis alijs
intercurrentibus impedimentis adduci non poterunt. Nam ut aliqui a tuo latere
mittantur nullam inuenimus Patrum Synodo constitutum. Executores etiam
clericos uestros quibusuis petentibus nolite concedere, nolite mittere, nec fumosum
factum secuti in Ecclesiam Christi uideamur inducere. In eodem Con. Epistola ad

Non oportet reum iudicatum nec a tribus nec a duobus absolui, sed suffragio ma-
ioris Consilij et Provincialium, quemadmodum Apostolici Canones constituerunt
ex monumentis de Augusto et Bagadio.

Oportet eos, qui facultatem absoluendi et ligandi a Deo acceperunt peccati
qualitatem speculentur. In Canonibus in Trullo Con. 102.

Episcopi uel Presbyteri, uel Diaconi electionem qua fit a magistratu, irrita man-
net ex Canone Apostolorum 30. Cum enim qui est ad Episcopatum permouen-
das ab Episcopis eligi oportet, quemadmodum Nicaea decretum est Canone
in Nicaeno. 2. can. 3.

Dionisius Areopagita

In sane igitur modum sancti Antistites et separationibus et sacerdotibus
libus uirtutibus omnibus uti debent, ut ipsos mysteriorum auctor Diminutus
mouerit. Coeteros uero ita Pontificibus oportet animum intendere quaecumque
illi gesserint tanquam a Deo agant. Ecce. Hierarch. c. 7. parte 3.

Ut si quidem quos Deus præesse alijs statuit inferioribus atq; subiectis secundum
merita tribuat. Epistola 8

Ignatius

Episcopo subiecti estote, sicut Dño, Presbyteris ut Apostolis Jesu Christi quid
est enim Epus nisi omnem principatum et potestatem omnium illor tenens
quemadmodum deceat hominem tenere Dei imitatore factum secundum
ueritatem Epistola ad Trallianos

Dignum est etenim uos obedire Episcopo uestro et in nullo ei contradicere
Non enim istum uisibilem quis spernit sed illum inuisibilem in eo contemnit
qui non potest a quoquam contemni. Hic enim non ab homine, sed a Deo habet
promotionem Dicit enim Dominus Samueli non te spreuerunt, sed me.
Ad Magnesianos

Assidet Epus loco Dei, et Presbyteri in loco Apostolorum. Ibidem.

Videns Episcopum uestrum cognoui quia non a semetipso, neq; ab homini-
bus promotus est in ministerium ad communionem pertinens, neq; per inane
gloriam, sed in dilectione Jesu Christi, et Dei Patris. Presbyteri, Diaconi
atq; omnis clericus clerus obediat Episcopo. Epus uero Patri, sicut Patri
Christus. Ad Philadelphenses.

Epus honorate tanquam Principem Sacerdotum, imaginem Dei ferentem
Principatum quidem secundum Deum, sacerdotium uero secundum Christum
Ad Smyrneneses.

Festinate dilectissimi subditi esse Episcopo, Presbyteris et Diaconis
qui enim uobis subditus fuerit Christo obedit qui eis hoc concessit
Ad Ephesios

Cyprianus

Quod si de collegis aliquis exiterit qui pacem non putet dandam, reddet
ille rationem in die iudicij Domino uel importuna censura, uel inhumane
duritie sua. Christus sacerdotibus aut instituit, aut protegit. l. i. ep. 2

Nam cum statutum sit singulis hominibus, et æquum sit pariter et iustum

ut uniuscuiusq; causa illi audiatur ubi est crimen admissum, et singulis
Pastoribus portio gregis sit assignata quam regat unusquisq; rationem altus
sui Domino redditurus.

Si ita res est, actum est de Episcopatus vigore, et de Ecclesia gubernanda
sublimi, ac Divina potestate.

Sacerdotibus quibus Honor tantus de Dei dignatione conceditur, ut quisquis
sacerdoti eius et ad tempus sic iudicanti non obtemperat statim necaretur
In Deuteronomio Deus loquitur et Cum Sac tanta et talia et multa alia
exempla precedant, quibus sacerdotalis auctoritas et potestas Divina digna-
tione firmatur, quales putas eos esse et Neq; enim aliunde Saceres oborta
sunt, aut nata sunt schismata quam inde quod sacerdoti Dei non obtempera-
tur. Nee unus in Ecclesia ad tempus sacerdos, et ad tempus iudex vice
Christi cogitatur. Cui si secundum magisteria Divina obtemperaret fra-
ternitas universa, nemo adversum sacerdotum collegium quicquam moue-
ret. Nemo post Divinum iudicium post populi suffragium, post Coepiscoporum
consensum iudicem se non iam Episcopi, sed Dei faceret. lib. 1. ep. 3

Cum Sabeat in Ecclesia administratione voluntatis suae liber, arbitrium
unusquisq; Prepositus rationem altus sui Doni redditurus.

Sed de eo uel maxime tibi scribendum et cum tua gravitate ac sapien-
tia conferendum fuit, quod magis pertinet ad sacerdotalem auctori-
tatem, et ad Ecclesiae Catholicae unitatem pariter et dignitatem de
Divina dispositione venientem. l. 2. ep. 1.

Quam sciam frater carissime Epus plurimos Dominicis Ecclesijs in
toto mundo Divina dignatione Prepositos Evangelicae veritatis, ac
Dominicae traditionis tenere rationem l. eod. ep. 3.

Cypriano Papa Presbyteri, ac Diaconi Romae consistentis salutem.
Quam bene sibi conscius animus, et Evangelicae disciplina subnixus
et verus sibi in Decretis coelestibus testis effectus soleat se solo Deo
iudice esse contentus, nec alterius aut Laudes petere, aut accusatione
timere: tamen geminata sunt Laude condigni, qui cum conscientia
sciant Deo soli debere se iudici, altus tamen suos desiderant, et
ab ipsis suis fratribus comprobari. Quod te Cypriane frater non miris

et facere qui consiliorum tuorum nos non tam iudices uoluisti quam participes inueniri l. 2. ep. 7.

Honoris etiam communis memores et grauitatis sacerdotalis

[Hoc uel maxime frater laboramus, et laborare debemus ut unitatem a Dno et per Apostolos nobis successoribus traditam quantum possum] obtineri curemus l. 2. ep. 10. ad Cornelium

Meminisse aut Diaconi debent quoniam Apostolos i. Episcopos et Praepositos Dominus elegit. Quod si nos aliquid contra Deum possumus qui Episcopos facit l. 3. ep. 9.

pro

Cum pro Episcopatus uigore et CatSedra auctoritate haberes potestatem qua posses de illo statim uendicare certus quod Collegae tui omnes ratum habere uis quodcumq; circa Diaconum tuum contumeliosum sacerdotali potestate fecisses habens circa Smo homines praepcepta Diuina Cum Dominus Deus in Deuteronomio dicat, Et homo quicumq; fecerit in superbia ut non exaudiat sacerdotem etc Et ut sciamus Sane Dei uocem cum uera et summa maiestate eius processisse ad honorandos ac uindicandos sacerdotes suos cum Aaron sacerdotem tres de ministris Core Datsam et Abiron ausi sunt superbisce et ceruicem suam extollere et sacerdoti Praeposito se adaequare sicuti terra absorpti ac deuorati poenas statim sacrilega audacia sua persoluerunt ut probarentur sacerdoti Dei ab eo qui sacerdotes facit uindicari l. 3. ep. 9.

Et ut ipsorum propria uerba designem, Nos inquit Cornelium Epim sanctissima Catholica ecclesia erectum a Deo omnipotente et Cbro Dno nro scimus, nec ignoramus unum Deum esse, et unum Cbrm esse Dominum, quem confessi sumus unum Spum sanctum, unum Epim in Catholica ecclesia esse debere l. 3. ep. 11.

Idcirco frater copiosum est corpus sacerdotum concordia mutua gluatine atq; unitatis uinculo copulatum. Nam etsi Pastores multi sumus unum tamen gregem pasчимus, et oues uniuersas, quas Cbrus sanguine suo et passione quesiiuit colligere et fouere debemus l. 3. ep. 13.

Audietis omnia quando me ad uos reducem fecerit, qui ut sederem iussit l. 3. ep. 15. 16.

Cum sit a Crō una Ecc^a per totum mundum in multa membra diuisa, Item
Episcopatus unus Episcopos multos, concordia numerositate diffusus.

Tum deinde post Episcopatum non ex ambitum nec extortum, sed de Dei, qui
sacerdotis facit, uoluntate susceptum l. 4. ep. 2.

Perficiat Diuina protectio ut Dominus qui sacerdotes sibi in sua Ecclesia
eligere et constituere dignatur electos quoque et constitutos sua uoluntate
atque opitulatione tueatur l. 4. ep. 8.

Post Deum iudicem qui sacerdotis facit te uelle non dicam de me, sed de
Dei, et Christi iudicio iudicari hoc est in Deum non credere.

Nam credere quod indigni et incerti sunt qui ordinantur quid aliud est
quam credere quod non a Deo, nec per Deum sacerdotis eius in Ecclesia con-
stituantur.

Præualuit apud te contra Diuinam sententiam, et contra conscientiam
nostram Dei uiribus mixam inimicorum commentum.

Qui te Ep^m Epⁱ, et iudicem iudices ad tempus a Deo ^{pati} constituis

Ut etiam qui non credebant Deo Ep^m constituenti uel diabolo credant
Ep^m proseribenti, nec hoc iusto, sed dolens profero cum te iudicem Dei con-
stituas, et Christi qui dicit ad Apostolos ac per hoc ad omnes Præpositos
qui Apostolis uicaria ordinatione succedunt Qui audit uos me audit et
Unde enim scismata et hæreses orta sunt, et oboriuntur, nisi dum Ep^{us}
qui unus est, et Ecclesie præest superba quorundam præsumptione contem-
nitur, et homo dignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur.

Quam ob rem fratres si maiestatem Dei qui sacerdotis ordinat, et Christi cogi-
taueris et l. 4. ep. 9.

Quamuis Ap^{tl} omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat
et dicat Sicut me misit Pater, et ego mitto uos Accipite spiritum sanctum
si cui remiseritis peccata remittentur ei; si cui tenueritis, tenebuntur:
tamen ut unitatem manifestaret unitatis eiusdem originem ab uno inci-
pientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant utique et coeterni Ap^{tl} quod
fuit Petrus, pari consortio præditi et honoris et potestatis, sed exordium
ab unitate proficiscitur, ut Ecc^a una monstraretur.

Quam unitatem firmiter tenere, et vindicare debemus maxime Episcopi, qui
in ecclesia praesidemus, ut episcopatum quoque ipsum unum atque indivisum probemus
Episcopatus unus est cuius a singulis in subdram partem tenetur De simplicitate
Praelatorum

Et nos sacerdotes Dei, et ecclesiae eius de ipsius dignatione praepositi sciamus
remissionem peccatorum in ecclesia dari posse Ad Quirinum.

Quando sciat omnis Episcopus pro licentia libertatis, et potestatis suae arbitrium pro-
prium tanquam iudicari ab alio non possit, cum nec ipse posset alterum iudicare
sed expectemus universi iudicium Domini nostri Jesu Christi, qui unus et solus sciat
potestatem et praeposendi nos in ecclesiae suae gubernatione, et de actu nostro
iudicandi. In Cone. Cart Sag. primo. aug. de bapt. & donatistas. li. 2. c. 2.

Atanasius

Noli ex lectione scripturarum quanti secleris sit Episcopi ecclesiam suam deserere
et negligere gregem Dei. Pastor enim absentis lupis invadendi gregis occasionem
praebet. Si igitur fugerem, quam excusationem apud veros Episcopos vel potius apud
cum qui mihi hunc gregem concedidit Sabiturus essem? est autem ille index
omnium terrarum, verus, et ubique rex dominus noster Jesus Christus filius Dei.
In hoc genere culpa veteris apud Ezechielem Pastores fuisse. Id quod
sciret Beatus Paulus unicuique nostrum in discipulo suo praecipit dicens
Noli negligere gratiam quae data est tibi cum impositione manuum Præb.
In Apologia ad Constantium Imp.

Non oportuit in mei locum Arrianum subrogari, sed prout Apostolus praeci-
puit, congregatis populis una cum spiritu sancto qui Episcopum constituunt
In Epistola ad Orthodoxos in persecutione
Vbi autem Deus eum ad Episcopatum prouexerat.

Porro quod nostrum plerique sub omnium oculis acclamationibus quae
Atanasium Episcopum creauerint nos ipsos in testes offerimus, quibus ut
auctoribus creationis maior quam istis qui et tunc aberant, et
nunc mentuntur, fides sciri debet.

Ecce enim Eusebius iam inde desiliens alienum Episcopatu arripuit,

et sortem Dei secundum quam constitutus, ordinatusq; est pro nullo ducit
In Apologia 2. et est epla' synodi Alexand.

Si igitur vere parem eundemq; honorem in omnibus Episcopatibus censetis esse
neq; ex magnitudine civitatum honorem eius rei crescere arbitramini oportuit
eum cui concedita est parva civitas in ea que credita est permanere, et ne
quaquam reiecta concedita ad eam que concedita non est transvolare, nec
eam que a Deo data est aspernari, illam vero, que ambitu hominum concessa
est magnificare videatur. In eadem Apologia et sunt ex epla' July Epi. Rom.

Primum ne Liberio quidem Rom. Epi sepercerunt, nulla reverentia dulti, vel
quod sedes illa Apostolica esset, vel quod Roma Metropolis esset Romana ditione.

Liberius deinde post ~~exilium~~ in exilio biennium inflexus est minusq; mor-
tis ad subscriptionem indultus

Hic Osius princeps est synodorum, et si quid scribit, ubiq; auditur Hic forma
tam fidei in Nicena synodo concepit, et Arrianos ubiq; pro Sacerdote tra-
duxit. In epla' ad solitariam vitam agentes

Melius quam nos nra novit Dominus, et novit quibus suis committat Ecclesia
Ad Draconticum epla'

Quod si nondum soluta sunt vincula, tradas te ipsum discipulis Jesu, adsunt
enim qui te solvant pro potestate ea quam a Salvatore acceperunt. Quae-
cumq; ligaveris super terram. In illud. ut in castellam p. 111

Hilarius

Tanta et tam Deo propria, vos o sancti, et beatissimi viri ob fidei meritum
Claves regni coelorum sortiti et ligandi, atq; solvendi in coelo et in terra
ius adepti gesta esse per Dnum Jesum Crm Dei filium videratis. de
Trinitate lib. 5.

Super Sane igitur confessionis petram Ecclesiae aedificatio est, Haec fides
Eccliae est fundamentum, per Sane fidem infirma aduersus eam sunt
inferorum portae. Haec fides regni caelestis Sabet claves. Haec fides qua in terris solue-
rit, aut ligaverit, et ligata sunt in coelis et soluta. Haec revelatio Patris

est. Hoc Ecclesie fundamentum. Hac securitas eternitatis est. Hinc regni coelorum
habet claves. Hinc terrena eius iudicia coelestia sunt. *Videm*

Quis est fidelis servus et prudens in quantum in commune omnes nos ad indefessam
vigilantiam curam adhortatur. Specialem tamen populo principibus. i. episcopis in
expectatione adventu quæ suo sollicitudinem mandat. Canone 27. in Mattheum

Didymus lib. 2. de Spû Sancto

Separate mihi Saulum et Barnabam. Quæ vox Divinitatis et auctoritatis
index et eum ministerium quod eis commisit et tradidit spiritus Patris et
filij sit ministerium. Pariter enim ad nationes spiritus sancti auctoritate directi sunt.

Apostoli quasi principatum in sacerdotio possidentes et imitatores fidei a
Chrô sunt demonstrati sunt dicente Eantes docete omnes gentes.

Apostolos quos Christus magistros esse precepit, et pater probavit, et spûs
sanctus dispensatores et prepositos in Ecclesia constituisse, persubetur

Gregorius Nazianzenus

In vero prospere procede et regna et tibi coadministret sacerdotium
quod honoravit Deus. Ad Nectarium

Postqz cognovisti in altum trionum, collocatum et vicit spiritus
qui Lucernam super candelabrum publicavit, quæ neqz gravis obscure
lucet, gavisus sum fateor. Basilio magno ep. 38

Hieronymus

Epi et Presbyteri. Sabeant in exemplum Apostolos, et Apostolicos
vires, quorum honorem possidentis. Sabere nitantur et meritum.

Ad Paulinum

Apud nos Apostolorum locum epi tenent. Ad Marcellum

Ubiunqz fuerit Epûs sine Romæ, sine Eugubij sine Constantinopol.
sine NSegij sine Alexandria sine Tanis eiusdem est meriti, eiusdem
est et sacerdotij, Potentia divinitas, et paupertatis similitas vel sublimiorem
vel inferiorem Epûm non facit. Ceteros omnes Apstoy successores sūt. Ad Euagrium

At dies super Petrum fundatur ecclesia licet id ipsum alio in loco super oēs
Apostolos fiat, et cunctis claves regni caelorum accipiant, et ex aquo super
eos ecclesia fortitudo solidetur. tamen propterea inter Xij unus eligitur ut
capite constitutus seismatis tollatur occaso. Aduersus Iouinianum l. primo
Hae domus edificata est super fundamentū Apostolorum et Prophetarum, qui et
ipsi montes sunt. In Esaiam. c. 2.


Absit ut de Sis quicq; sinistram loquar, qui Apostolico gradui succedentes
Christi corpus sacro ore conficiunt per quos et nos Christiam sumus qui cla-
ues regni caelorum Sabentes quodammodo ante iudicij diem iudicant qui sponsa
Domini sobria castitate custodiunt.

Non est facile stare loco Pauli tenere gradum Petri. Ad Heliodor,

Miror sanctum Epum in cuius Parochia esse Presbyter dicitur acquies-
cere ^{fuisti} ~~ferri~~ eius, et non uirga Apostolica, uirga ferrea confringere uas
inutile, et tradere in interitum carnis. Ad Niparicum

Quatuor sunt genera Apostolorum, Vnum quod neq; ab hominibus est, neq; per
hominem sed per Iesum Christum et Deum Patrem Aliud quod a Deo quidem
est sed per hominem Tertium quod ab homine non a Deo. Quartum quod
neque a Deo, neq; per hominem, neq; ab homine, sed a semetipso. De primo
genere potest esse Esaias, coeteriq; Propseta, et ipse Apostolus Paulus qui
neq; ab hominibus, neq; per hominem sed a Deo Patre et a Christo missus
est. De secundis Iesus Naue qui a Deo quidem est Apostolus consti-
tutus, sed per hominem Moysen Tertium genus est cum hominum fauore
et studio aliquis ordinatur, Id nunc uidemus plurimos non Dei iudicio
sed redemptoris fauore uulgi in sacerdotum subrogari. Quartum est Pseudo,
propsetarum, et Pseudo Apostolorum, de quibus Apostolis istiusmodi Pseudo,
apostoli operarij iniquitatis. In com. epla ad Gal. c. 1.

Videre Petrum non discendi studio, qui et ipse eundem praedicationis Saberet
auctorem sed honoris priori Apto deferendi. Ibidem



sed contra cum uiderent quod creditam est mihi Euangelium praeputij sicut Petro circuncisionis. hoc est. unus atque idem mihi Euangelium praeputij et Petro circuncisionis credidit. Me misit ad gentes, illum posuit in Iudea. Prouidentia itaque Dei alius Ap[osto]lus circuncisionis datus est qui legis umbris uideretur acquiescere alius in praeputio constitutus qui Euangelij gratiam non putaret esse seruitium sed liberam fidem. ad Galat. c. 2.

Ambrosij sut
non Hieronym
ut patet in
serius

Qui operatus est Petro et Petrum solum nominat, et sibi comparat quia primatum ipse accepit ad ~~fundandam~~^{fundandam} Ecclesiam se quoque pari modo electum, se quoque pari modo electum ut primatum habeat in fundandis gentium Ecclesijs ita tamen ut et gentibus praedicaret Petrus si causa fuisset, et Paulus Iudeis Nam uterque inuenitur utrumque fecisse. Sed tamen plena auctoritas Petro in Iudaismi praedicatione data dinoscitur, et Pauli perfecta auctoritas in praedicatione gentium inuenitur. Unde et magistrum gentium se uocat in fide et ueritate. Unusquisque enim pro uiribus suis et dispensationem sortitus est ad Gal. 2.

Ipse dedit quosdam Ap[osto]los. Ap[osto]li epi sunt. Prophetae exploratores serip[ta] turarum. Ep[isto]las. 4

Hoc modo scribit Timotheo ut securus esset de sua ordinatione quia imperio Patris et filij electus esset ad docendum.

Columnae sunt Ecclesia Ap[osto]li et maxime Petrus Iacobus et Joannes. Non aliud significat Petrus, aliud cephas sed quam nos Latine et Graece petram uocant, Sane Hebraei et Syri propter linguam inter se uiciniam cepham nuncupant ad Gal. c. 2.

Ipse dedit quosdam Ap[osto]los, quosdam et qui Pastor est debet esse et magister. Nec in Ecclesijs quamuis sanctus sit Pastoris sibi nomen assumere nisi possit docere quos pascit. Vel certe aliter. Ut unus atque idem Praeses Ecclesiae sit Pastor et doctor. Pastor ouium, magister hominum et.

Negue uero absque ordine putemus Ap[osto]lum subito prorupisse, uerum quia praemiserat esse Deum super omnia et per omnia et in omnibus et unicuique sanctorum datam gratiam secundum mensuram donationis Christi nunc addit alios Ap[osto]los alios Prophetas, alios euangelistas, alios pastores et magistros esse in Ecclesia distributos: qui necessarij sunt ad perfectionem instructionemque sanctorum. Ad Ep[isto]las. 4

Dominus, te medicum morborum, in ecclesia ordinavit. Ad Athanasium

Sollicitudo tua pro omnibus Ecclesijs tanta est, quanta pro ea qua privatim a communi nro dno concessita est tibi incumbit. Ad eundem. Ep. 52

Glorificauimus Deum, qui per singulas nationes, elegit eos qui ipsi complacent qui nunc uirum ex regnante urbe ad ouilium Christi curam traxit, qui gubernator magna et celebris namis praefectus factus est ecclesia Dei in fide in Christum. Age igitur homo Dei quandoquidem non ab hominibus accepisti, aut edoctus es euangelium Christi: sed ipse te Dominus a iudicibus terra, et populi infirmitatem. Ad Ambrosium Mediol. ep. 11. ^{ad p. an} Aptoꝝ sedem transtulit, decerta honesti certamine, corrigi

Supi cauendi sunt uobis per uigilantis alicuius praefecturam. quem uestrum quidem est petere, domini uero est ostendere: qui a magno illo ecclesia uestra praeside Grego usq; ad Sunc Macarium alium super alium apponens, ac semper coaptans, uelut ex quodam pretioso Lapidum monile mirum qualem pulchritudinem Ecclesia uestra largitus est. Quare neq; de successuris desperandum est. Nouit em Dominus, qui ipsi sunt, et perduxerit utiq; in medium a nobis eos qui fortasse non expectantur. Ad Neocesarien ep. 52

Quod qui recte uerbum ueritatis tractant, ij ita sunt suscipiendi quasi Dominus ipse pro gloria eius qui illos misit Jesu Christi dno nro. Qui recipit uos me recipit qui uos audit me audit, et qui uos spernit me spernit. Sicut angelum Dei suscepistis me, sicut Christum Jesum. In magnis moralibus

Ambrosius

Effugere non possumus officium docendi quod nobis refugientibus imposuit sacerdotij necessitudo. l. 1. off. c. 1.

Dicetur enim ecce ille non in ecclesia nutritus sinu in sacerdotio manet non uirtute sua, sed Christi gratia. Serua Domine munus tuum, custodi donum quod contulisti etiam refugienti. Ego sciebam quod non eram dignus uocari Epus quoniam dederam me saeculo huic, sed gratia tua sum id quod sum. De Poenit. l. 2. c. 8

Itleo tertio admonetur ut pascat, tertio utrum dominum diligat interrogatur ut quem terho ante crucem negauerat, tertio fatezetur de fide. l. 5. c. 1.

Hic ubi audiunt uos quem me esse dicitis statim loci non in memore sui primatum egit Primatum utiq; confessionis, non honoris, firmatum fidei non ordinis, Hic est ergo Petrus qui respondit pro ceteris Apostolis immo pro ceteris, Et ideo fundamentum dicitur, quia non ut non solum proprium proprium, sed etiam commune seruare. De incarnationis Dñice Sacramento c. 4.

Fides ergo est Ecclesie fundamentum. Non enim de carne Petri, sed de fide dicitur, quia porta mortis non ei preualebunt, sed confessio uicit infernum. Et Sac confessio non unam. Saresim excludit Nam cum Ecclesia multis tanq; bona nauis fluctibus saepe tundatur, aduersus oes Sareses debet ualere Ecclesie fundamentum Ibidem c. 5.

Confirmavit itaq; caritatem trina responsio, uel aboleuit trinae negationis errorem In oratione de obitu Theodori Imp.

Hae clauis Crucis est dominus qua ad credulitatem fidei peccatorum arcana reserantur. Ista clauis sicut ait Dominus Petro Tibi dabo clauis regni caelorum, serm. 8.

Clauem Petri fidem dixerim esse Petri per quam coelos aperuit, penetravit inferna securus, maria caueant intrepidus. Tanta enim Apostolicae fidei uirtus est ut curia ubi elementa pateant. Hoc est non ubi angelica claudantur ianua, non portae preualeant Tantara, non aquarum fluentia subridant. Ista autem ipsa clauis, quam fidem dicimus, uideamus quemadmodum consistet, quemadmodum solida sit. Arbitror illam duodecim artificum operatione conflata. Duodecim enim Apostolorum symbolo fides sancta concepta est, qui ueluti periti artifices in unum conuenientes clauem suo consilio conflauerunt. Clauem enim quandam ipsum symbolum dixerim per quod reserantur diaboli tenebrae ut lux Crucis adueniat aperiantur conscientia clausa peccata ut iustitia fulgeant opera manifeste serm. 38.

Cum tertio interrogaretur a Dño Simon amas me? Respondit

tertio. Domine tu scis quia diligo te. At Dominus Pasce oves meas, et Soc
tertio quod quidem dictum ad compensationem prioris profuit erroris Qui
enim Dominum tertio negauerat tertio confiteatur, et quoties culpam delin-
quendo contraxerat, toties gratiam diligendo conquirat Serm. 46.

Tu es Petrus et Petra dicitur eo quod primus in nationibus fidei funda-
menta posuerit, et tanq̄ saxum immobile totius operis Christiiani compagem
molemq; contineat Serm. 47.

Recte quia Petra Christi Simon nuncupatus est Petrus ut qui cum Dño
fidei societatem habebat cum Dño Saberet, et nominis Domini uni-
tatem, ut sicut a Christo Christiannus, ita et a Petra Christo Petrus Aptom
uocaretur Serm. 84

Berclanes illas regni coeloz quas in Beato Petro Apostolo cuncti sus-
cepimus sacerdotes De dignitate sacerdotali c. 1.

Honor et sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adaequari
si regum fulgore compares, et principum diademati longe erit infe-
rius quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares Quippe
eum uideas regum costis et principum submitte genibus sacerdotum
et exoscalatis eoz, dextris orationibus eoz se credant communiri.

Quid iam de Plebeia dixerim multitudine, cui non solum praeferrari a
Dño metuit, sed ut eam quoq; iure tueatur patris praecipit imperatum
est euangelicis Sic certe a Dño ad Beatu Petrum dicitur. Petre
amas me, et ille Tu scis quia amo te. Et cum Petrus fuisset interro-
gatus, et prima responsione fuisset subsecutus repetitum est a Dño
Pasce oves meas Quas oves, et quem gregem non solum tunc suscepit
beatus Petrus sed et nobiscum eas suscepit, et cum illo et nos suscep-
imus omnes, unde regenda sacerdotibus concreduntur merito rectoribus
suis subdi dicuntur, quia euangelico coruscante mandato uidemus
nihilominus esse praefixum Non est discipulus super magistrum Iud. c. 2

Quis dat fratrum Episcopalem gratiam Deus an homo? Respondes sine
dubio Deus: sed tamen per hominem dat Deus. Homo imponit manum

Deus largitur gratiam, Sacerdos imponit supplicem dextram, et Deus benedicit potenti dextra. Epus inicit ordinem, et Deus tribuit dignitatem O iustitia, o aequitas. Si Somini pecunia datur qui nihil in ordine amplius operatur nisi solum servitium, quod ei creditur, cur Deo totum negatur, qui ipsum ordinem tibi largitur Ibid. c. 5.

Ab Archiepo sum nuper ordinatus Epus, centumq; ei solidos dedi ut Epalem gratiam consequi meruissem, quos si minime dedissem Sodie Epus non essem. Ibidem.

Ecce ad qua mala voluitur Desireus ordo, Ecce ad qua peccata sunt delapsi sacerdotes qui audire meruerunt a iudice mundi vos estis Lux mundi, Ecce quibus subijciuntur gentes quibus a Dno datum est Vos estis sal terra Ergo si Lux est Ecclesia Epus a Dno ordinatus, ita ut imperitia tenebras praedicationis sua eloquio rutilante conscientiar, latebras illuminet, cur ipse palpabilibus tenebris tenetur obstructus Ibid. c. 6.

Petra est Christus etiam discipulo suo Sumus uocabuli gratiam non negavit, ut et ipse sit Petrus, quod de Petra Sabeat soliditatem constantiae, fidei firmitatem Enitere ergo ut et tu Petras sis Itaq; non extra, sed intra te Petram require. Petra tua altus est. Petras tua mens est Super Sane Petram edificetur domus tua, ut nullus possit nequitiar spiritalis enerberari procellis Petra tua fides est Fundamentum Ecclesiae fides est Si petra fueris in Ecclesia eris, quia Ecclesia super Petram est.

Si in Ecclesia fueris portae inferi non praevalebunt tibi. Portae inferi, portae mortis sunt. Portae aut mortis porta Ecclesia esse non possunt In Lucam 16 c. 8.

Accipite spiritum sanctum Hi remittendor, gratia tributa est peccator, quod esse videtur angustius, et ideo insufflatur a Cro, ut

ut credas Spiritum Christi, et credas de Deo Spiritum Deus enim solus peccata dimittit Lucas autem Linguarum gratiam scripsit effusam 1. 10. c. 24.

Apostolos nominavit, quorum se sui socium dicit ut Apostolatus cum gratia esset domi Dei. A Deo ergo Patre per Christum Dominum Sane acceperunt potestatem ut vice Domini signis doctrinam Dominicam acceptabilem facerent In Epistolam ad Rom. c. 1.

Caput itaque in Ecclesia Apostolus posuit qui Legati Christi sunt sicut dicitur idem Apostolus pro quo Legatione fungimur Ipsi sunt Episcopi futurante ut ad Petro Apostolo et dicente inter coetera de Juda Et operatum eius accipiat alter 1. Cor. c. 12.

Qui operatus est Petro et Petrum solum nominat, et sibi comparat quia primum ipse accepit ad fundandam Ecclesiam se quoque pari modo electum, ut primum habeat in fundandis gentium Ecclesiis: ita tamen ut et Petrus gentibus predicaret si causa fuisset et Paulus Judaeis Nam uterque inveniuntur utrumque fecisse: sed tamen plena auctoritas Petro in Judaismi predicatione data dicitur et Pauli perfecta in predicatione gentium inveniuntur. Unde et magister se gentium vocat in fide et veritate. Unusquisque enim pro viribus suis et dispensationem sortitus est Ad Gal. c. 2.

Ipse dedit quosdam Apostolos Apostoli Episcopi sunt. Ad Ephes. 4

Hoc modo scribit ad Timotheum ut securus esset de sua ordinatione quia imperio Patris et filij electus esset ad docendum.

Ad Timotheum c. c. 1.

Epiphanius

Singuli Ecclesiarum Episcopi Sabent sub se Ecclesias quibus curam videntur impendere, et nemo super alienam mensuram extenditur

Jo: Hierosol.

Tu es Petrus et super Sanc petram, super confessionem uidelicet Christi; quia dixerat, Tu es Christus filius Dei uini de Trinitate aduersus Iudeos

Crisostomus

Sacerdotij ius e supernis descendit, quaecumq; ligaueritis super terram & Regi ea quae sic sunt commissa, sunt mihi coelestia, mihi quum dico Sacerdotem intelligo. Regi corpora commissa sunt Sacerdoti anima Rex corporum maculas remittit, Sacerdos autem maculas peccatorum Ille habet arma sensibilia, Sic arma spiritualia maior sic principatus Propterea rex caput submittit manui sacerdotis Hom. 4. de uerbis Isaia

Sacerdoti thronus in coelis collocatus est, et de coelestibus negocijs pronuntiandi habet facultatem quis Sac dicit? Ipse coeloz, rex Quaecumq; ligaueritis super terram. ex eo que Deus ipsum regale caput sacerdotis manibus subiecit nos erudiens quod sic princeps maior est illis. Ibi Hom. 5.

Ab omnibus certe pariter leprosi mundabantur, mortui suscitabantur. omnibus enim aequaliter potestas fuit concessa In matts.

Hom. 47.

Nec considerant, nec intelligunt sacerdotes Christi uicarios esse et Chr̄m, et quoniam qui honorat sacerdotem Christi honorat Chr̄m In com. in Mattheum incerto auctore Hom. 16.

Si credis Dei esse electionem ne indigneris, illi enim indignaris et aduersus illum imitaris irritaris Illius enim est electio quod si ipse elegit. Tu uero audes sic ipsi indignari idem facis quod Cain. Oportet enim probare, quod Deo placuit. In alta Apolt. Hom. 3.

Quousq; in Sac sede constituti sumus, quousq; praesidentiam Sabemus
Sabemus et dignitatem et potestatem licet indigni sumus. Si Moyses
sedes adeo ueneranda fuit, ut propter ipsam auidne oportuerit sa-
cerdotem: multo magis Christi. illam nos suscepimus, ab illa loqui-
mur, ex quo et Christi ministerium reconciliationis in nos posuit
Jam et nos legationis sermonem accepimus et uenimus a Deo. Hoc
enim est Episcopatus dignitas uenimus ad uos legatione fungentis
Nos Dei Legati sumus ad Romines. Si uero uendicamus nobis istud
non nos sed Episcopatus hoc potuit non quibus sed Epus Ad Coloss.
Iom. 3.

An ignoras quid sit sacerdos? Angelus utiq; dñi est. Non ex se
ipso loquitur. Si despicis non istum despicias. Sed Deum qui illum
ordinauit. Sed unde inquis constat Deum fuisse illius ordinationis
auctorem? Nonne miri tu sane Sabeas, spes tua magis facta est
ad Timoth. 2. c. 1.

Qui terram incolunt. His commissum est ut ea quae in caelis sunt
dispensent. Iis datum est ut potestatem Sabent, quam Deus neq;
angelis, neq; Archangelis datam esse uoluit. Neq; enim ad illos
ditum est. Quaecunq; alligaueritis in Saecrdotum uin culum
animam peruadit, usq; adeo ut quaecunq; inferne sacerdotis
confecerint, illa eadem Deus superne rata Sabeat. Etenim
quid hoc aliud esse dicas nisi omnium rerum caelestium potesta-
tem illis a Deo commissam: Quorumcunq; aut peccata retine-
ritis, tenebuntur. Quenam obsecro potestas Sac una maior
esse queat? Pater omnifariam potestatem dedit filio. Coeter
uideo ipsam eandem omnifariam potestatem dedit filio illis tra-
ditam. Nam quasi iam in coelum translati, ac supra humanam
naturam positi, sic isti ad istum principatum perducti sunt qui a
Deo

tanto maiorem accepit potestatem, quanto coelum terra pretiosius est
 Sic uilem eorumque dignitatem accepisse nonnullis uideri debet, ut uel in eorum
 unquam cogitationem descendere queat reperiri quandoque posse unum
 aliquem ex eorum numero, quibus tanta illa quae paulo ante dixi fue-
 rint a Deo concredita, cui ipsi munus suum sordescat, quique donum
 sibi a Deo datum despiciat? Neque uero in sumendo solum, sed et
 in bene merendo maiorem ~~maiorem~~ Deus potestatem largitus est sacer-
 dotibus, quam naturalibus nostris parentibus Lib. 3. de sacerdotio

Talis mea est in Christo qui tibi ad seruitutem omnium suarum curam commisit
 fides atque expectatio. Ibidem I. 6.

Nunc non est dicendum super Catbedram Moysi, sed super Catbedram
 Christi sederunt sacerdotes eius enim accepere doctrinam. Quare
 Paulus inquit, Pro Christo Legatione fungimur Nonne uidetis
 saeculi principes omnes subesse? Quod si homo aliquem consti-
 tuerit tantus subit metus? Si Deus quem constituit despiciamus
 maledicimus quamquam Sae digna excusatione! In com. in Joan.
 Homil. 85.

Magnam adeptus es dignitatem, et Ecclesiasticum accepisti principatum
 Noli superbia effervire: non tuam gloriam adeptus es, sed ea te
 Deus ornauit. I. Cor. 4.

Vt uiderem Petrum Post tanta, taliaque beneficia cum nihil opus
 haberet Petro, nec illius egeret uoce, sed Sonore par esset illi (nihil
 enim sic dicam amplius) tamen ascendit uelut ad maiorem, ac semio-
 rem, soliusque Petri conspectus mouit illum ut eo proficisceretur
 Sicut nunc multi fratrum nostrorum ad uiros sanctos proficisuntur
 eodem affectu tunc Paulus ad Petrum profectus est Quin potius
 erat hoc multo submissius quod fecit Paulus Nam illi nomine utilitatis
 suae gratia suscipiunt peregrinationem: at tunc beatus ille non ut

disceret aliquid ab illo, neq; ut correctionem aliquam acciperet profectus
est: sed tantum ut uideret eum; suaq; presentia honoraret. ad gal. 2.

Ipse dedit quosdam quidem frumum Apostolos. Illi enim habebant
omnia Pastores ac Doctores quibus uidelicet uniuersus populus
concreditus erat. Quid ergo minores erant Pastores ac Doctores?
Nimirum. Erant enim circumuentibus, et euangelizantibus in
feriores, qui habitando quieti circa unum duntaxat locum
occupabantur, ut Timotheus, ac Titus Ephe. 4.

Huius rei gratia Titus ac Timotheo tantum scribit quod sus-
tam ecclesie gubernacula, curamq; tradiderat. In argum. epla
1. ad Timoth.

Secundum precedentes in te Prophetas Quid est ex Prophetia?
ex spiritu sancto Deus enim reuera, et iustus Prophetia fuit
ut idem quum dicit Spiritus sanctus. Segregate mihi Saulum
ac Barnabam ita et Timotheus electus est. Igitur ut illi
excitaret admonet eum quis illum elegerit, atq; ordinauerit
ac si apertius dicat, Deus ipse te elegit, ipse tibi Ecclesiam
credidit, non te iudicium promouit. Summanum 1. ad Timoth.
cap. 1.

Episcopatus opus regiminis est. Si quis Sine appetit cura
regiminis et caritatis affectu, non improbo, bonum opus
desiderat.

Vnus e Pauli socijs Sic fuit uir probatus. neq; enim illi inte-
gram insulam permisisset, neq; ea que decrant precepisset
implenda, et tam multorum Episcopoz iudicium commisisset
nisi multum illi confideret. Ad Titum 1.

Coeter^{ep}, si quando contingat ut quempiam sine amicum, sine altero

alterius cuiuslibet occasiones gratia indignum ad Episcopatus
promoveat apicem, et magnum illi permittat regimen civitatis, quantis
se ignibus facit obnoxium! Nam qui in ordine privato parum
religiosus erat, multo profecto magis id patitur cum Ecclesia
gubernacula regenda suscepit. Ibidem

Cyrellus Alexand.

Quoniam Apostoli omnium erant futuri Ecclesiarum Pastores ab
ipso Salvatore ad omnes gentes institutas missi. Hae de causa
In Joan. I. 9. c. 38

Talibus Apostolos munivit Salvator quos Doctores orbis constituit
quae omnia Beatus quoque Paulus ad Apostolatam a Cró missus
appropie servavit I. 10. c. 28

Sicut misit me Pater et ego mitto vos. Ordinavit his verbis or-
bis Doctores et Divinorum mysteriorum ministros quos ut Luminaria
ad illuminationem non regionis Iudaeorum solummodo misit, sed
universum terrarum orbem illuminare iussit. Verax igitur est Paulus,
Ius dicens Non sibi aliquem honorem arripere, nisi vocatus
a Deo sit Ad gloriosum enim Apostolatam Dns n'r Jesus Cris
discipulos suos vocavit, qui commotum orbem firmarunt susten-
tacula eius facti. Columnae et robur veritatis discipuli sunt
quos ita dicit mittere, sicut a Patre missus est. Ut etiam Apo-
stolatus dignitatem ostenderet, et magnitudinem potestatis ex-
aperiret, et simul monstraret quam viam in studiis suis, utaqz
sua sequi eos oporteret. Ut intelligant vocandos esse peccatores
ad penitentiam, curandos corpore simul, atqz ^{spu} ~~corpore~~ male Saben-
tes, et in dispensatione rerum non suam, sed eius qui misit volun-
tatem faciendam, mundumqz praedicatione, et doctrina fidei
salvandum, quae omnia quanto studio peregerunt non magno latere

a libro Actuum Apostolorum, et Epistolis Pauli perdisces. Ibidem. l. 12
c. 55.

Diligis me plus Sui? Quoniam cum alijs Apostolatus nomine Petrus
ab ipso Christo decoratus esset in tempore passionis negavit, iure nunc
ab eo terne dilectionis confessio petitur. ut terne negatio equalis
confessionis numero compensetur. Ita quod uerbis commissum fuit
uerbis curatur. Petit aut ab eo si plus coeteris diligeret: Nam
qui maiorem clementiam Domini in se fuerat expertus, maiori
amore affici iure debebat. Nam etsi communiter omnes disci-
puli magna percussi fuerunt formidine, quando Dominus tra-
debatur, maius tamen crimen fuerat Petri, qui breuissimo in
tempore ter Christum negavit. Quoniam igitur maioris peccati Sal-
uatoris clementia remissionem consecutus est iure ab eo maior
repetitur dilectio. Cui enim plus dimittitur, plus diligere debet.
Terne igitur confessione Petri trima negationis delictum euacuatum
est. Dixit aut Pasce agnos meos, Apostolatus sibi renouans
signitatem, ne propter negationem, qua Sumana infirmitate
accidit labefacta uideretur. Ibid. c. 64.

Petram opinor per agnominationem aliud in dilige inconcussam
et firmissimam discipuli fidem uocauit, in qua Ecclesia Christi
ita fundata et firmata esset, ut non laberetur, et exset in
expugnabilis inferorum portis in perpetuum manens. In Dialogo
de Trinitate lib. 4.

Origenes

Quod si nos quoque loquuti quod dixit Petrus Tu es Christus
filius Dei uini itaque non accepta Suus reuelatione a carne
et sanguine, sed luce cordi nostro illucescente a Patre qui in calis
est

est efficiuntur Petrus et nobis dicitur quod sane sermone sequitur
 Tu es Petrus et cetera quae sequuntur. Petra est enim quisquis
 Christi discipulus, ex quo liberunt de spiritali consequenti eos petra
 Et super talem Petrum constructur omnis Ecclesiastica doctrina, et se-
 cundum sane uita instituta. Quod si super unum istam petram existi-
 mas edificari totam ecclesiam, quid dixeris es de Joanne filio tom-
 trum, et Apostolorum unoquoque? Cum a loqui num audebimus dicere
 quod aduersus Petrum unum non praualitura sunt porta inferorum,
 aduersus autem coeteros Apostolos ac praefectos praualiturae sunt,
 ac non potius in omnibus et singulis eorum de quibus dictum est
 fit illud quod dictum est, et porta inferorum non praualebunt
 aduersus eam. Item illud Super sane petram etc. An uero sol-
 Petro dantur a Christo claves regni coelorum, nec alius beatorum
 quisquam eas est accepturus. Quod si dictum Sic tibi dabo cla-
 ues regni coelorum, coeteris quoque commune est cur non simul oia
 et quae prius dicta sunt, et quae sequuntur uelut ad Petrum
 dicta sint omnium communia? Nam sic et illud uelut ad Petrum
 uidetur dictum Quaecumque ligaueris super terram, et quae sequuntur
 Coeter, in Euangelio Joannis Saluator dans spum sanctum disci-
 pulis per insufflationem ait. Accipite spiritum sanctum etc.
 Quoniam autem ij qui Episcoporum locum uendicant, utuntur eo dicto
 sicut Petrus, et claves regni coelorum, a Seruatore acceperunt
 docentque ea quae ab illis ligata fuerint, Sic est condemnata. ea-
 dem et in coelis ligata. Rursus ea quae soluta fuerint ab ipsis eadem
 et in coelis soluta esse dicendum est illos recte loqui etc. Tom. 2
 in Matt. tract. 1.

Quis est fidelis seruus, et prudens etc. Quod ad Apostolos, coete,

2093 Epōs et Doctores Parabola ista pertinet manifestum est: max-
ime ex eo quod apud Lucam Petrus int̄rogat̄ dicitis. Ad nos para-
bolam istam dicitis, an ad omnes? Peccat aut̄ in Deum qui cunq;
Epūs qui non quasi conseruis suis ministrat sed quasi Dominus
Frequenter aut̄, et quasi amarus Dominus Dominant̄ per vim
Propter quod et desimētos quales debeant esse Episcopi sic dicit Non
litigiosos, non percussores, sed mansuetos ornatos, et quacunq; inter
fideles et sapentes seruos inueniuntur, et dispensatores quos consti-
tuit Dominus super familiam suam sicut dicit Lucas. Ex his aut̄
cognoscere est quoniam non solum qui fideles sunt, et sapientis illos
constituit Dominus super domum suam, sed etiam malos seruos di-
centes in cordibus suis moram facit Dominus meus uenire, propte-
rea percutiat conseruos, manducant et bibunt cum obrijs. Signi
ergo arbitrantur se esse in magno fastigio qui præsunt Ecclesys Cui
propterea quod constituit eos Dominus super familiam suam, cog-
noscant quoniam non hoc eos saluat quod constituti sunt a Dño
super familiam eius, sed illud ut dent cibum in tempore, et abstineant
se a percussoribus, et ebrietatibus: si autem non se abstinerint ab
huiusmodi, et magna sapuerint propterea quod constituit eos Dñs
super familiam suam, scient quoniam ueniet Dominus in die qua
non putant, et partem eorū cum Hypocritis ponet, et r̄s̄d̄ eis p̄o-
derit quod constituti sunt Domino super familiam suam (Vid)
tract. 31.

Audite Pastores Ecclesiarū, pastores Dei quod semper angelus eius
defendat de coelo, et annuntiet uobis quoniam natus est uobis Sodus
Saluator, qui est Christus dñs. Etenim pastores Ecclesiarū nisi ille
Pastor uenerit p̄ se bene seruare gregem non poterunt. Infirma
est eorū custodia, nisi Christus cum eis pauerit, atq; seruauerit

Dudum in Apostolo lectum est Dei cooperatores sumus. Pastor bonus qui imitatur pastorem bonum cooperatur est Dei et Christi. Et propterea pastor bonus est qui habet secum pastorem optimum compascentem sibi. Posuit enim Deus in Ecclesia Apostolos, Prophetas, Evangelistas Pastores, et Doctores, omnia in perfectionem sanctorum. In Lucam Hom. 12.

Augustinus

Quid est pro Patribus tuis nati sunt tibi filij? Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt tibi, constituta sunt Epi. Hodie enim Epi qui sunt per totum mundum unde nati sunt? Ipsa Ecclesia Patres illos appellat, ipsa illos genuit, et ipsa illos constituit in sedibus Patrum in Psal. 90.

Interrogavit tertio, et iam tedio affectus Petrus quasi dubitaret Dns n de amore ipsius Domine tu inquit scis omnia tu scis quia amo te. Sed Dominus cum illo sic egit, et long dicezet Ter me negasti timendo, ter me confitere amando, in psal 90.

Nos enim quos in loco isto Dominus secundum dignationem suam non secundum meritum nostrum constituit et lib. de Pastoribus.

Quid est super Sane petram edificabo Ecclesiam meam? Super Sane fidem, super id quod dictum est Tu es Christus filius Dei vivi. In Joan. tract. 10.

Petrus Apostolus propter Apostolatus sui primatum, Ecclesie gerebat figurata generalitate personam. Quod enim ad ipsum pertinet proprie natura unus homo erat, gratia unus Christianus, abundantiore gratia, unus idemq primus Apostolus. Sed quando ei dictum est Tibi dabo claves regni coelorum etc et quodcumq ligaveris universam significabat Ecclesiam, que in hoc saeculo diversis tentationibus uelut imbribus, fluminibus, tempestatibusq quatitur, et non cadit, quoniam fundata est supra Petram, unde et Petrus nomen

acceptit: non enim a Petro Petra, sed Petrus a petra, sicut non
Cristus a Cristiano, sed Cristianus a Cristo uocatur. Ideo quip-
pe Dominus ait. Super Sane petram ædificabo Ecclesiam meam
quia dixerat Petrus. Tu es Christus filius Dei ueni. Super Sane
ergo petram quam confessus es, ædificabo Ecclesiam meam. Petra
enim erat Christus super quod fundamentum et ipse etiam ipse
ædificatus est Petrus. fundamentum quippe aliud nemo potest
ponere. Ecclesia ergo quæ fundatur in Christo clauis ab eo regni
coelorum accepit in Petro. et potestatem ligandi, soluendiq; peccata
quod enim est per proprietatem in Christo ecclesia. Hoc est per signifi-
cationem Petrus in petra, qua significatione intelligitur Christus
petra Petrus Ecclesia. Ibidem tractatu ultimo

Post resurrectionem suam Dominus interrogauit Petrum non
nesciens quo ille animo confiteretur amorem Christi, sed ut
trina confessione amoris, deleteret trinam ~~confessionem~~ ^{negati-} confessionem timoris

Cauete ergo ne uobis Sodæ Dominus dicat Dispensatorem te posui
super familiam meam, et tu panem, eis non fregisti.

Nam ter ait Dominus Petro ut pascat oues, ut tu Pastor intelligas
oues pascere doctrina, uita, et exemplo, et sicut Dominus ait
Petro, ita et ceteris Apostolis Ad fratres in eremo serm. 42

Petrus in Apostolorum ordine primus, in Christo amore promptissimus
sæpe unus respondit pro omnibus. Ipse Dominus ipso requirenti Vos
quem me esse dicitis. Respondit tu es Christus, unus pro multis
unitas in multis. Tunc ei ait Dominus Beatus es Simon et
Tanquam diceret, quia tu dixisti ^{tu es christus} mihi, et ego tibi Tu es Petrus
Hoc aut nomen ei a Domino impositum est, ut ea figura significaret
Ecclesiam. Quia enim Christus petra. Petrus populus Christianus.
Petra enim principale nomen est, ideo Petrus a petra, non petra a

Petro, quomodo non a Cristiano Christus, sed a Christo Christianus uocatur
 Tu es ergo Petrus, et super petram, ^{hanc} quam confessus es, super Sane petram
 quam cognouisti dicens, Tu es Christus filius Dei uiui, edificabo Ec-
 clesiam meam. ^{1.} super me ipsum filij Dei uiui edificabo Ecclesiam
 meam. super me edificabo te, non me super te. In illo ergo uno Ap-
 tolo id est Petro, in ordine <sup>Ap-
 toloz</sup> temporis primo, et principio, in quo figura
 datur Eccl^a utrunq; genus significandum fuit. 1. formi, et infirmi
 quia sine utroq; non est Ecclesia. De uerbis Dni serm. 13.

Qui uos spernit. Si solus Apollolis dixit, spernite nos. si aut sermo
 eius peruenit ad nos, et uocauit nos amicor, loco constituit nos, uidete
 ne spernatis nos, ne ad illum perueniat iniuria, quam nobis fe-
 ceritis. Ibid. serm. 24.

Unde illa responsio ex intimis prolata uisceribus. Unde ille Petrus testes
 oculos tuos habens, in corde suo contristatus, quod Deum non solum
 semel sed iterum et tertio interrogasti. Ut tria confessione amo-
 ris, deleret tria peccatum negationis. Ibid. ser. 50.

Redditur negationi tria tria confessio ne minus amori lingua
 seruiat, q³ ^{timori} Simon et plus uocis elenisse uideatur mors imminens
 q³ uita praesens. In Joan. tract. 123.

Petrus unus pro omnibus Tu es Christus Christus filius Dei uiui
 Audiuisti quod decuit audire eum ex tali uoce. Beatus es et
 Fides hoc meruit audire non Somo. Nam ipse Somo quid erat nisi
 quod ait Psalmista. Omnis Somo mendax.

Sed tanq; diceret Dominus, expecto numerus legitimus impleatur
 tertio, confiteatur ter per amorem, quia ter negauit per timorem.
 de utilitate poenitentiae

Theopylactus

Habent enim potestatem ligandi et soluendi, qui quemadmodum

144
Petrus Episcopalis gratia digni sunt Sabiti. Et si enim ad solum Petrum
dictum est Tibi dabo claves regni coelorum, uerum et omnibus Ap-
stolis. Quando? quando dixit quorum remiseritis peccata etc.
Illud enim dabo futurum tempus significat nimirum post resurrex-
ionem In Matt. c. 16.

Considera quod Sacerdotum dignitas Diuina est Dei, est enim peccata
dimittere quamuis enim indigni sint, tanquam Deum ipsos uenerari oportet.
Quid ita? Dei enim sacramenta ministrant, et gratia per illos
operatur quemadmodum et per asinam Balaam loquuta est, non
enim sua indignitas gratiam auerget. Quando igitur per sacerdotem
gratia suppeditatur honorandi sunt et ipsi. Ioan. 20.

.s. Tho. in. 10. c. 10a.

Obstium nemo se dicit

406 for











CONCILIO
DE TRENTO

CAJA
B-4
Biblioteca